



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**In Genesin Enarratio**

**Chyträus, David**

**Vitebergæ**

**VD16 C 2625**

IIII. Repetitio promissionis de Isaac, continens doctrinam de Ecclesia, Quid sit, & quomodo colligatur & propagetur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

*R E P E T I T I O P R*  
*m i s s i o n i s d e I s a a c , & d o c t r i-*  
*n a d e p r o p a g a t i o n e E c-*  
*c l e s i æ .*

Paulus Rom. 9. disputans, Quæ sit uera Ecclesie  
 Dei, citat ex hoc capite promissionem factam Abra-  
 hæ, de filio Isaac, inquiens, Non omnes qui sunt  
 ab hominibus, sunt etiam filii, sed in Isaac vocatum  
 tibi Semen, hoc est, non filii carnis sunt filii  
 Dei, sed filii promissionis computantur homi-  
 men, Promissionis enim est sermo ille, Reuerteris  
 te tempore isto, & erit Saræ filius.

Ex his Pauli uerbis discamus ueram Ecclesie  
 Dei constitui & propagari, non carnali genera-  
 ne, non Lege, non politia Moysi, non meritis hu-  
 manis, non prærogatiua generis, uel successionis, sed  
 sola uoce promissionis traditæ Abraham, quæ donum  
 per misericordiam propter Filium credentes re-  
 ceperunt, ut lohan. 1. Qui non ex sanguinibus, nec ex  
 uoluntate carnis, nec ex uoluntate uiri, sed ex DEO  
 nati sunt.

Et hoc loco Isaac Ismaëli præfertur, ut sciatur  
 non generis prærogatiua, sed electione diuina, no-  
 tione, & uoce promissionis Ecclesiam constituta.

R  
R  
Estq; uera Dei Ecclesia, que credit promissione  
de Christo, & sanctificatur per Spiritum sanctum,  
ut fiat hæres uitæ æterne, habens duas externas no-  
tas, uidelicet, purum uerbum Dei, & legitimum Sa-  
cramentorum usum.

## VII.

REFUTATIO  
fati Stoici.

Omnia miracula contra usitatum naturæ ordi-  
nem à Deo facta, testantur Deum liberrima uolu-  
tate, & condidisse initio hanc totam rerum natu-  
ram, & nunc conseruare, ita ut eam uel impedire  
possit, uel moderari, uel mutare, uel tollere, ut di-  
citur :

Non est Deus numen parcarum carcere uinctum,

Quale putabatur Stoicus esse Deus.

Ipsè potest Solis currus inhibere uolantes,

Ipsè uelut scopulos flumina stare iubet.

Sic hoc in loco Saram anum effectam & sterilem  
reddit fœcundam. Sic Elizabeth Luc. 1. Annam  
1. Reg. 1.

Stoici Fatum definiunt esse connexionem Dei  
cum secundis causis talem, ut Deus non aliter agere  
possit, quam secundæ cause cident.

Refutan-